



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda Ecclesiae Paderbornensis**

**Dietrich <Paderborn, Bischof>**

**Paderbornae, 1602**

Modus abluendi desiccatum Chrisma tertio die.

**urn:nbn:de:gbv:23-drucke/s-483a-2f-helmst3**

& aliorum persecutorum atq; infidelium, Christi nomen esse liberè profitendum & prædicandum.

De cõf.  
distin. 4.  
canõ Si  
quis vo-  
luerit.

**16.** Confirmati frons fascia linea, propter reuerentiam Chrismatis, tridud circumligatur: quo peracto sale & aqua lota fronte, eadem fascia per Sacerdotem (si haberi potest) soluitur & comburitur, sed nec in ligando, nec soluendo vlla affinitas aut cognatio contrahitur. Et meminerint hoc frontis velum, sicut & mysticam alapam, symbola esse, animi ad omnia opprobria & aduersa parati, pro nomine Christi, cuius facies velata est, & alapis caesa.

**17.** Qui baptizatum Episcopo ad hoc Sacramentum sistant, monentur, vt monitoris & Ducis militiæ sacræ vice subeat: is autem qui sistitur Christianus, sciat ita se perfectionem per gratiam Spiritus sancti assecutum; vt tamen non sibi fidat, sed aliorum proeectorũ consilia libenter audiat & amplectatur ad bonum fidei certamen certandum.

**18.** Præmoneat Parochus consignandos, vt à loco Sigilli sacri nõ recedat, nisi vltima Episcopi benedictione percepta.

Hæc à Pastoribus populo maximè circa festum Pentecostes, & quando Episcopi aduentus ad Confirmationis sacramentum administrandum expectatur, diligenter exponenda sunt, vt tanto diligentius & cupidius ad tantam gratiam sese præparet.

### MODVS ABLVENDI DESICCATVM

Chrisma tertio die post susceptam Confirmationem.

Sumat N. sal, & aquam mundam fundat in peluim, & dicat:

**A**diutorium nostrum in nomine Domini.

**R.** Qui fecit cælum & terram.

Sit nomen Domini benedictum.

**Resp.** Ex hoc nunc & vsq; &c.

Hic mittat fasciã, qua frons fuit ligata, in aquã, & huiusmodi madida fascia lauet frontẽ Cõfirmati faciendo cruce, dicẽs:

**A**b omni immunditia mentis & corporis

mundet

mundet te Dominus noster Iesus Christus,  
in nomine Pa<sup>tr</sup>is, & Fi<sup>li</sup>i, & Spiritus  
sancti, Amen.

Deinde dicat:

Pax tecum. Vade in pace, Amen.

Aqua ablutionis mittatur in cœmeterium, vel in ortum,  
aut flumen, vel in focum, & nõ in locum immundum; ob  
reuerentiam sacri Chriftamatis.

**D**ie sentigen so nicht Latein verstehen/mögen auff diese  
weise den Chriftam oder Firmung abwäschen.

**E**nlich sol N. Sals vnd frisch rein Brunnenwass / sey kalt oder warm/  
in ein rein Becken oder sunst Geschirz gießen / vnd dann die Binden d im  
dem Kind die Stirn gebunden a west aufflösen / vnd in das Wasser werf-  
sen. Darnach als die Binde nass ist worden / widerumb herauf thun / ein wenig  
außerucken / vnd also mit der nassen Binden dem Kind ein Creuz an die Stirn / da  
der Bischoff den Chriftam hin geschriben / machen / vnd sprechen:

Im Namen des Vatters / vnd des Sohns /  
vnd des heiligen Geists / Amen. Gott der Hün-  
lich Vatter wolle dich reynigen von aller vnreini-  
gkeit der Seelen vnd des Leibs / auff daß du haben  
mögst das ewig Leben. Durch Jesum Christum  
vnsern Herren / Amen.

Der Fried<sup>e</sup> sey mit dir. Gehe hin im friede/  
Amen.

Nach dem die Abwäschung der Firmung also beschehen/  
sol das Wasser auff einen Kirchhoff / oder in ein Bethaus /  
fließend Wasser / oder Feuer geschütt werden / vnd nicht et-  
wan an ein vnrein Orth / von wegen der würdigkeit des  
heiligen Chriftams.

